

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Cothmann

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothman, S.S. Theologiae Doctor & Professor. Ad Exequiarum deductionem, Quam Puerulo ... Davidi Sibrando paratam cupiunt, Parentes moestiissimi, Omnes omnium ordinum cives Academicos ... invitat ...**

Rostochi[i]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774761628>

Druck    Freier  Zugang



C o t h m a n , J. ,

i n

D. S i b r a n d .

R o s t o c k , 1 6 3 9 .

34



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn774761628/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774761628/phys_0002)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774761628/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774761628/phys_0003)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774761628/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774761628/phys_0004)

DFG

158.

RECTOR  
*Universitatis Rostochiensis*  
**JOHANNES COTHMAN,**  
S.S. Theologiae Doctor &  
Professor.  
**AD EXEQUIARVM**  
*deductionem,*  
Quam  
**PUERULO SCITISSIMO**  
**DAVIDI SIBRANDO**

paratam cupiunt,  
Parentes mæstissimi,  
Omnes omnium ordinum cives Aca-  
demicos, quo par est studio invitati, ad horam  
medium primam in æde Nico-  
laitana.



ROSTOCHI,  
Typis NICOLAI KILI, Academ. Typograph.  
Anno M DC XXXIX.

139.

8

90

# JOHANNES GOETHE

St. John's Church, St. John's Wood T. 22

1860-1861

卷之三

ДАМОІІЯНДО

100  
100

## Environnement

卷之三

*...A satis fructuoso invenimus*

200



Digitized by srujanika@gmail.com

1000 1000 1000 1000 1000 1000 1000 1000 1000

.DEI

RECTOR  
*Universitatis Rostochiensis,*  
JOHANNES COTHMAN,  
S.S. Theologiaz Doctor  
& Professor.

**D**ropensionis parentum erga libe-  
ros, magnam esse vim, dictum  
est sèpius occasione Programma-  
tum funebrium, Et res ipsa lo-  
quitur videmus enim sollicitos  
parentes omnia facere filiorum  
causa. Illis quandobene est, gaudent. Quando  
verò male contristantur, adeo quidem ut si particu-  
lam doloris sibi applicare atq; hoc pacto filios libe-  
rare possent, nihil in se desiderari paterentur. Ut  
non immerito Valerius Maximus de patrum amo-  
re Et indulgentia in liberos acturus, caput illud ita  
exordiatur: Det nunc vela pij Et placidi affectus  
parentum erga liberos; salubriq; aura proiecta,  
gratam sua vitatis secum dotem afferat. Hinc

P 2

con-

conjectu facile, cum pijs parentes, altera quasi sui  
parte, filijs scil. privantur, id non sine ingenti fieri  
dolor. Illa enim res cuius praesentia magna pa-  
rit voluptatem, illius absentia & privatio, non le-  
vem incutit dolorem. Ne longe abeamus, praesentis  
funeris consideratio rem hanc explanat. Anno  
currente 26. Januarij, natus viro consultissimo &  
clarissimo Dn. Henrico Sibrando f. U. D. & Di-  
casterij Megapolitani Advocate & Procuratori,  
ejusq; conjugi dilectissima Catharinæ Deutschen/  
filius charissimus, Sine dubio tum temporis cor pa-  
rentum gaudio magno perfusum, videntes virum  
consultissimum & Amplissimum Dn. Johannem  
Sibrandum f. V. D. & per triginta annos de Aca-  
demia & Republ. patria bene meritum, defuncti  
nostris pueruli Avum paternum, ut & Aviam  
maternam Annam Schillingiam matronam  
primariam viri Amplissimi Dn. Hermanni Schil-  
lingij consulis urbis hujus bene meriti filiam. Ac  
Avum maternum virum integerrimum Dn. Da-  
videm Deutschen/Reipubl. Rostochiensis Protone-  
tarium fidelissimum. Tum & Aviam maternam  
Annam Schillingiam fæminam laudatissimam,  
in hoc suo nepote quasi reviviscere. Et qui è ter-  
ra viventium jam ante morte erant sublati hi nato  
nepote de novo quasi vita donari videbantur.

Impri-

Imprimis vir Consultissimus & clarissimus Dr.  
Henricus Sibrandus. f. U. D. ac Dicasterij  
Sternbergensis Advocatus & Procurator, ac Ca-  
tharina Deutschen / sibi animitus de nata prole  
mascula gratulati sunt, quod & eo ipso testatum  
fecerunt, dum natum recens filium ipso nativita-  
tis die, per lavacrum regenerationis & renova-  
tionis servatori adduxerunt, quem enim animi-  
tus dilexerunt, illius salutem eternam promovere  
unice voluerunt. Sed ut omnia sunt caduca, &  
nihil sub sole perpetuum: generatio etenim pra-  
terit, & generatio advenit. Idem & hic conti-  
git, sicuti enim flos oriente sole germinat, occi-  
dente sole decidit. Non aliter mensis hujus anni  
currentis primus, qui est Januarinus, defunctus  
tum nostrum lucis hujus usura donavit, cuius 18.  
dies mensis hujus finem attulit. Lugenit quidem  
merito dicti parentes hunc denatum filium. Ve-  
rum cum alius presentium temporum conditio-  
nem expendent, modum luctui ponent. Quod si  
enim filius hic defunctus, vivus mansisset vel mi-  
litiae togatae vel sagatae alumnus factus fuisset.  
Quod si sagatae animum applicasset militiae status  
quidem ipse Deo non dispuisset, modo instru-  
ctionem Johanniticam militiae affectis datam ob-  
servasset, ac cornelio & centurioni similis pietas

tem sectatus fuisset. Quod si illorum numero sese  
associasset de quibus Frischlinus in Julio redivivo  
ait: Hac militaris hodie est disciplina, alijs inju-  
riam inferre, bona eripere ad necem deverbare:  
Et insuper id gratiae sibi deposcere, quod tam cle-  
menter egerint, ac modo non lucro apponere, quod  
non occisus fies, tum certe famam Et gloriam ve-  
ram sibi non quasi visset. Togatam si sectatus fuis-  
set militiam, nee id sine periculo factum esset, ut  
haec vice nil dicam de illa militiae togata parte, qua  
in contractibus Et negotiationibus consistit, saltem  
considerabo ordinem nostrum literarum, ibi fieri  
potuisse ut ipso atatis flore Praeceptores parum fi-  
deles, quod multis prob dolor contingit, nactus  
esset, ibi facta prima quasi concoctionis corruptio-  
ne vitium illud concoctione secunda, raro Et dif-  
ficulter corrigitur. Quod si illud periculum pa-  
rentum diligentia praecavisset, aliud adhuc Et  
quidem gravissimum, quo hodie nihil usitatus  
evenire potuisse, scil. ut jactis Dei gratia Et Prae-  
ceptoris diligentia, primis pietatis ac literarum bo-  
narum initijs, ut studijs Academicis aptus esse vi-  
aderetur, tum demum Diabolus retia sua tendere  
ac ingenijs bonis insidiari incipit, persuos emissi-  
rios Schoristas Epicuri de grege porcos, Baccho Et  
tarpiotio deditos, miseris parentibus pecuniam fur-  
to au-

bo auferentes. Videns enim Diabolus esse inge-  
nium aliquod Dei gloriae, Ecclesiae & Reipubl. au-  
genda suo tempore in servire valens, omnem movet  
lapidem, ut dulci ebrietatis veneno, specie concessae  
hilaritatis inficiat. Quod cum obtinet sape fit ut  
qui primo anno in Academijs bene & laudabiliter  
vixit, anno secundo relict a honestate contrariam  
amplectatur viam. Et praetextu libertatis Aca-  
demica, quam eeu elyceum Herculis obtendit, pla-  
teas insulis & plus quam belluinis studiose hone-  
statis indignis clamoribus compleat, gladium, ut  
ammosum se præbeat, ad platearum strata acuat;  
prætereuntibus occasionem rixandi præbeat. Et si  
vel in speciem saltem, litium datur occasio illam,  
avide ebris arripiat, & virilem suum animum,  
si credere fas est, hoc ipso facto contestetur. Hec  
saepè fieri quotidiana docet praxis, adeo ut merito  
parentes, filios ad Academias amandantes solli-  
citi sint, quorum fidei & inspectioni committantur.  
Quò mature de filiorum suorum, scilicet egregijs fa-  
ctis literis commonefacti, principijs obstent, ne serò  
paretur medicina, cum mala per longas invalue-  
re moras. Hac ut & plura alia, parentes in filio-  
lo suo denato metuere necessum non habent, Cogi-  
tent ergò satius esse nullos habere filios quam tales,  
qui praetextu libertatis Academica honestati mo-  
rumque

rumq; elegantiæ bellum indixerunt. Quia ergo  
præmatura morte hinc a vocatus, ne malitia cor-  
rumperet animum illius, Deo potius a vocanti gra-  
tias agite, ac beatam illam vitæ aeternæ fruitionem  
illi non invidete. Gaudete potius vos jam aliqua  
parte in cœlo esse, quia filiolus vester caro de carne  
vestra ibidem vivit, Deumq; sine fine videt. Con-  
stituerunt autem mæstissimi parentes de nato suo  
filiolo hodie exequias facere, corporisq; tenelli exu-  
rias terra matri mandare, proinde vos cives Aca-  
demicos rogant, ut funus filioli, comitari, illudq;  
ad dormitorium usq; deducere velitis. Officium  
hoc ut concivi vestro præstetis, æquum & iustum  
est. Quod enim vobis fieri vultis, id alijs faciatis.  
Fiet vero conventus in ade Nicolaitana ad horam  
mediam primam. Publ. Rostoch. Sub Sigillo  
Academie 21. Jul. Anne 1639.

•s(O)s•





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774761628/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774761628/phys_0014)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774761628/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774761628/phys_0015)





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn774761628/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774761628/phys_0016)



bo auferentes. *Videns enim  
nium aliquod Dei gloria, Eccl  
genda suo tempore in servire va  
lapidem, ut dulci ebrietatis ve  
bilaritatis inficiat.* Quod cu  
qui primo anno in Academijs b  
vixit, anno secundo relict a ho  
amplectatur viam. Et prate  
demica, quam eeu elypeum He  
teas insulis & plus quam bellu  
statis indignis clamoribus comp  
animosum se præbeat, ad platea  
prætercuntibus occasionem rixa  
vel in speciem saltem, litium da  
avide ebrius arripiat, & virile  
si credere fas est, hoc ipso facto cu  
sepe fieri quotidiana docet praxi  
parentes, filios ad Academias  
citi snt, quorum fidei & inspectio  
Quò mature de filiorum suorum,  
etis literis commonefacti, princi  
paretur medicina, cum mala pe  
re moras. Hac ut & plura alia  
lo suo denato metuere necessum n  
tent ergò satius esse nullos habere  
qui prætextu libertatis Academi



esse inge  
publ. au  
n movet  
concessa  
epe fit ut  
labiliter  
rariam  
is Aca  
dit, pla  
so hone  
um, ut  
acuat;  
Et si  
illam  
inum,  
Hac  
merito  
s solli  
antur.  
gijs fa  
ne serò  
value  
In filio  
Cogi  
tales,  
ti mo  
umq;